



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 Vtrum aliqua actio hominis sit bona, vel mala in sua specie.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

¶ Ad hoc dicitur, quod finis etiam adiunctus, potest referri ad actum interioriorem uoluntatis, & ad actum exterioriorem. Si referat ad actum interioriorem, non est circumstantia, sed ad substantiam actus specifice concurrens. Si autem referatur ad actum exterioriorem, finis adiunctus habet rationem circumstantiae. Et sic cum aliquis moechatur, ut furetur, iuratum est circumstantia fornicationis exterioris, & specificatio interioris uelle: propter quod in sexto articulo huius quod dicitur, quod huiusmodi finis, puta, iuratum, specificat et fornicationem exteriori formaliter, & non materialiter. I. ut fiat sub illo interiori uelle, & non secundum se. Idem ergo finis est circumstantia, & specificatio, relatus ad eundem actum exterioriorem humanum diuersimodè. I. formaliter & materialiter. Et quonia sermones in scientia, sunt formales, merito bonitas ex fine, ut specificat, distinguit contra bonitatem ex circumstantia etiam finis.

¶ In ratione ad tertium eiusdem quarti articuli, dubium occurrit. Quo sit possibile actum bonum ex genere & circumstantiis, ordinari ad malum finem, aut e conuerso: quia est malus, uel bonus ex fine adiuncto. ergo non uariatur ex fine. Et tenet sequela: quia quilibet finis adiunctus habet rationem circumstantiae respectu actus exterioris sui, ut dictum est. Vt ergo implicatio in adiecto, cum dicitur actus malus ex genere & circumstantiis ad bonum finem, aut e conuerso, actus bonus ex genere & circumstantiis ad malum finem. Qualis enim est ex circumstantiis finis, ad talem est finem adiunctum, & e conuerso. Cessat autem, quod totus hic sermo. I. de fine ut circumstantia, & fine malo, ad quem actus bonus, & bono, ad quem actus malus ordinatur, de fine adiuncto intelligitur, ut patet ex supradictis.

¶ Ad hoc potest dupliciter dici. Primo, quod licet actus malus et ex circumstantia omnis finis, non possit ordinari in bonum finem: actus tamen malus et ex circumstantia finis, potest ordinari in finem bonum. uerbi gratia, fornicari propter furari, propter prodigum esse, propter usurpationem status, propter uindictam exercendam, & sic deinceps, addendo finem fini semper malum, impossibile est ordinari in bonum. Effet enim malus ex circumstantia omnis finis, & sic effectus implicatio in adiecto: sed fornicari propter furari, quamuis sit actus malus ex genere & circumstantia finis, potest tamen ordinari in bonum propter eleemosynam dandam. Sed quia circumstantia finis non arretatur magis ad unum finem, quam plures: aut

rum esse ex alio non dependet: & in his sufficit considerare ipsum eorum esse absolute. Quaedam uero sunt, quorum esse dependet ab alio: unde oportet, quod considerentur per considerationem ad causam, a qua dependent. Sicut autem esse rei dependet ab agente, & forma, sic bonitas rei dependet a fine. Unde in personis diuinis, quae non habent bonitatem dependente ab alio, non consideratur aliqua ratio bonitatis ex fine. Actioes autem humanae, & alia, quorum bonitas dependet ab alio, habent rationem bonitatis ex fine a quo dependent, praeter bonitatem absolutam, quae in eis existit. Sic igitur in actione humana, bonitas quadruplex considerari potest. Una quidem secundum genus, prout scilicet est actio: quia quantum habet de actione, & entitate, tantum habet de bonitate, ut dictum est. * Alia uero secundum speciem, quae accipitur secundum obiectum conueniens. Tertia secundum circumstantias, quasi secundum accidentia quaedam. Quarta autem secundum finem, quasi secundum habitudinem ad bonitatis causam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod bonum, ad quod aliquis respiciens operatur, non semper est uerum bonum, sed quandoque uerum bonum, & quandoque apparet: & secundum hoc, ex fine sequitur actio mala.

AD SECUNDUM dicendum, quod quamuis finis sit causa extrinseca, tamen debita proportio ad finem, & relatio in ipsum, inhaeret actioni.

AD TERTIUM dicendum, quod nihil prohibet actioni haberi unam praedictarum bonitatum, deesse aliam: & secundum hoc, contingit actionem, quae est bona secundum speciem suam, uel secundum circumstantias, ordinari ad finem malum, nec e conuerso: non tamen est actio bona simpliciter, nisi omnes bonitates concurrant: quia quilibet singularis defectus cau-

plures, quam omnes possibiles adiungi: ideo dicitur secundo, quod in hoc, & similibus sermonibus, intelligendum est de circumstantiis manentibus pure circumstantiis, & non de circumstantiis transeuntibus in specificantia actum. Unde cum circumstantia finis transeat in specificans actum, ut in sexto articulo auctor docet fat malum: bonum autem causatur ex integra causa, ut Dionysius dicit 4. c. de diuinis nominibus. *

ARTICVLVS V.

Utrum aliqua actio humana sit bona, uel mala in sua specie.

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur, quod actus morales non differant specie secundum bonum & malum. Bonum enim & malum in actibus inuenitur conformiter rebus, ut dictum est. * Sed in rebus bonum & malum non diuersificat speciem: idem enim species est homo bonus, & malus. ergo neque etiam bonum & malum in actibus diuersificant speciem.

¶ 2. Præter Malum, cum sit priuatio, est quoddam non ens. sed non ens non potest esse differentia, secundum Philosophum in 3. Metaph. * Cum ergo differentia constituat speciem, uidetur quod aliquis actus ex hoc, quod est malus, non constituitur in aliqua specie: & ita bonum & malum non diuersificant speciem humanorum actuum.

¶ 3. Præter Diuersorum actuum secundum speciem, diuersi sunt effectus: sed idem specie effectus potest consequi ex actu bono & malo, sicut homo generatur ex adulterio, & ex matrimoniali concubitu. ergo actus bonus & malus non differunt specie.

¶ 4. Præter Bonum & malum dicitur in actibus quandoque secundum circumstantiam, ut dictum est: sed circumstantia cum sit accidens, non dat speciem actui. ergo actus humani non differunt specie propter bonitatem & malitiam.

SED CONTRA. Secundum Philosophum in 2. Eth. * Similes habitus, similes actus reddunt: sed habitus bonus & malus differunt specie, ut liberalitas & prodigalitas. ergo & actus bonus & malus differunt specie.

RESPON. Dicendum, quod omnis actus speciem habet ex suo obiecto

nulla erit in moralibus mali species positua: de hac enim loquitur ac per hoc nulla uere, & proprie contrarietas inter actum, habitumque iustitiae & iniustitiae, temperantiae & intemperantiae: quod est contra communem doctrinam. Oportet enim ntrunquod contrarium ut sic, esse ens posituum formaliter, & non tantum subiectiue.

¶ Ad claritatem huius obscurae difficultatis scito, quod dicere non audeo, nisi expressa diuina sententia in prima par. q. 4. ar. 1. ad 2. & 3. contra Gen. c. 9. explicaret, quod hic tangitur. I. quod malum genus, & differentia in moralibus formaliter, est ens posituum, & bonum

quod actus bonus ex genere, & circumstantiis, potest ordinari in malum finem, intelligitur de circumstantiis non transeuntibus respectu eiusdem actus in specificans: & similiter de malo. Et sic cessat obiectio quia finis, qui est circumstantia actus exterioris secundum se, transit in specificans, & sic non excipitur finis ab aliis, quia circumstantia: sed quia non manet in sua priuatio, sed transit in specificans. Et hoc oportet bene notare, & reuolere in sequentibus, ubi de duobus bonitatibus moralibus scilicet ex fine, & genere, ac circumstantiis erit iterum.

Super Questionibus de circumstantiis. Articulum quintum.

Circa quintum articulum huius de circumstantiis questionis, & specialiter in responsione ad secundum, dubium magni dilucidandum est, quomodo fiat haec duo simul, scilicet differentia secundum bonum & malum, constituit distinctas & contrarias species actuum moralium: & malum non est natura aliqua, sed nihil, ut Augustinus & Dionysius dicit. Si enim actus moralis malus, puta, intemperantia, species est aliqua inter entia contraria speciei temperantiae, sicut nigredo albedini, sequitur, quod differentia mali est natura aliqua, & non priuatio. Constat enim quod priuatio nulla potest constituitur speciem actus, aut habitus, aut cuiusque rei. Si autem malum secundum totam suam formalem latitudinem, priuatio, nihilque est:

artic. 1.

part. 4. medium.

M. 4. r. ad 5. r. cor. 1. artic. 1.

par. 4. medium. n. c.

ex. 10. 1.

arti. 1. 1. 1. 1.

c. 1. r. 1.

in

in se quamvis siema
lum homini secundum
rationem: sicut
forma mortui est
quoddam ens, & bo
num in se, quamvis
sit malum utro. Est
itaq; inultitudo actus,
& habitus secundum
suam speciem mora
lem, formaliter ens
positivum, & contra
rium inultitudo: nec ex
hoc sequitur, qd ma
lum sit natura aliqua,
aut ens. Sed equivo
catio accidit hic ob
scuritatem parit. Ma
lum enim equivo
cum est ad malum ue
re & proprie, & ad
malum genus, diffe
rentias, & species mo
ralium. Pro quo no
ta, quod malum ab
solute loquendo, si
gnificat privatione
boni debiti, quando,
sicut & c. Malum au
tem in moralibus, qd
que significat priva
tionem boni secun
dum rationem debi
ti, quando, sicut & c.
actui humano, uel
habitu. Quandoq;
autem significat ens
contrarium actui, uel
habitu humano bo
nitate qd inter signifi
catione mali in mora
lib. & absolute, hoc
interest, qd malum ab
solute, formaliter est
nihil: denominatiue
autem est ens. In mo
ralibus autem, malum,
quod est pars subie
ctiva mali in commu
ni, eodem modo se ha
bet, sicut quod for
maliter est nihil, de
nominatiue uero est
ens, sed praeter hoc in
moralibus etiam ip
sum ens formaliter
contrarium actui, uel
habitu bono mora
liter, uocatur malum
secundum suam spem.
ubi manifeste patet
equiuocatio. Est igitur
in moralibus malum
dupliciter. Prius in
uenit: & hoc est simpli
citer & formaliter
malum, quod est ni
hil, cuius Deus non
est autor: & contra
rie, & hoc est i se bo
num, & est a Deo: qua
uis privatio sibi an
nexa, a nullo foret
se, sicut nec potentia
peccandi quo ad pri
matium. Sed de hoc
alias. Ad propositum
sufficit haec intellectus
se, & cum his eorum
radicem. I. quod qd
nullus operatur aspi
ciens ad malum, oportet
in malo actu uo
luntatis inueniri bo

sicut supra dictum est. * vñ oportet qd aliqua differentia obiecti fa
ciar diuersitatē speciei in actibus.
Est autē considerandum, qd aliqua
differētia obiecti facit dīam spē
ciei in actibus, secundū quod re
ferūtur ad unū principū actiū,
quod non facit differentiam in
actibus, secundū quod referūtur
ad aliud principium actiū: quia
nihil quod est per accidens, con
stituit speciem, sed solum qd est per
se. Potest autē aliqua differentia
obiecti esse per se in comparatione
ad unum principium: & pacci
dens in comparatione ad aliud:
sicut cognoscere eolorem, & son
num, per se differunt per cōpara
tionem ad sensum, non autem p
comparationē ad intellectum. In
actibus autē, bonum & malū di
citur per comparationē ad rōnē:
quia ut Dion. dicit 4. c. de di. no. *
Bonum hominis est secundū rati
onē esse, malum autē quod est
praeter rōnem. Vnicuiq; n. rei est
bonum, quod conuenit ei secundū
formā suā: & malum, quod
est ei praeter ordinem suae formae.
Patet ergo qd differentia boni, &
mali circa obiectum considerata,
comparatur per se ad rōnem, sci
licet secundū quod obiectū est
ei conueniēs, uel nō conueniēs.
Dicuntur autē aliqui actus huma
ni, uel morales, s. m quod sunt a rati
one. Vnde manifestū est, qd bonū
& malum diuersificāt ipēm
in actibus moralib. differentia: n.
per se diuersificāt speciem.

AD PRIMVM ergo dicēdū,
quod etiā in rebus naturalib. bo
num & malū, quod est secundū na
turā, & contra naturam, diuersifi
cāt speciem naturae. Corpus n. mor
tuum, & corpus uiuum, nō sunt
eiusdē speciei: & similiter bonū,
inquātum est secundū rōnem: &
malum, inquātum est praeter ratio
nem, diuersificāt speciem moris.

AD SECUNDVM dicēdum,
quod malum importat priuatio
nē non absolūtā, sed consequētē
talem potentia. Dicitur n. malus
actus secundū suā speciem, nō ex
eo quod nullum habeat obiectū,
sed quia habet obiectum non cō
ueniens rationi, sicut tollere alie
na: unde inquātū obiectū est ali
quid positiuē, potest constitutere
speciem mali actus.

AD TERTIVM dicēdū, qd actus
cōiugalis, & adulteriū, s. m qd cō
parātur ad rōnem, differunt spē
cie, & habēt effectus specie diffe
rentes: quia unum eorum merc
tur laudem & premium, aliud ui
tuperium & penā. Sed secundum
quod comparantur ad potentia

A generatiuam, non differunt specie: & sic habent unum effectum secundum speciem.

AD QVARTVM dicendū, quod circumstantia quandoque tumitur, ut differentia essentialis obiecti, secundum quod ad rōnē cōparatur: & tūc pot dare speciem actui morali. Et hoc oportet esse, quādoque circumstantia trāsmutat actum de bonitate in malitiam: non enim circumstantia faceret actum malum, nisi per hoc, quod rationi repugnat.

ARTICVLVS VI.
Vtrum actus habeat speciem boni, uel mali ex fine.

AD SEX TVM sic proceditur. Vi
detur quod bonum & malum, quod est ex fine, nō diuersificāt speciem in actibus. Actus n. habēt speciem ex obiecto: sed finis est praeter rationē obiecti. ergo bonum & malum, quod est ex fine, non diuersificāt speciem actus.

¶ 2 Praet Id quod est p accidens, non cōstituit speciem, ut dictum est: sed accidit alicui actui quod ordinetur ad aliquē finē, sicut qd aliquis det elemosynā pp inanē gloriam: ergo secundum bonū, & malum, quod est ex fine, non diuersificāt actus s. m speciem.

¶ 3 Praet. Diuersi actus secundum speciem, ad unū finē ordinari possunt: sicut ad finem inanis gloriae ordinari possunt actus diuersarū uirtutum, & diuersorū uitiorū. non ergo bonum & malū, quod accipitur secundum finem, diuersificāt speciem actuum.

SED CONTRA est, quod supra ostēsum est, * quod actus humani habent speciem a fine: ergo bonum & malum, quod accipit s. m finem, diuersificāt speciem actuum.

RESPON. Dicendum, quod aliqui actus dicuntur humani, inquātum sunt uoluntarij, sicut sū praedictum est. * In actu autē uoluntario inuenitur duplex actus, scilicet actus interior uoluntatis, & actus exterior: & uterque horum actuum habet suū obiectū. Finis autē proprie est obiectū interioris actus uoluntarij: id autē circa qd est actio exterior, est obiectum eius. Sicut igitur actus exterior accipit speciem ab obiecto, circa quod est: ita actus interior uoluntatis accipit speciem a fine, sicut a proprio obiecto. Id autem, quod est ex parte uoluntatis, se habet ut formale ad id, quod est ex parte exterioris actus: quia uoluntas utitur membris ad agen

num aliquid uerū, uel apparens, cū priuatione bonitatis alicuius spectantis ad rectam rationem. Et pro quanto actus ille ad bonum fertur, speciem sortitur positivam, ex qua dicitur malus contrarie: pro quanto uerō priuationem bonitatis debita habet annexam est malus priuatiue. In eodē art. notato. responsione ad 4. ut coniungas eam doctrinā penultimā, & uleat.

Super Quaestiois de emacōtina. Ar. VI.

IN 6. ar. eiusdem q. 18. dubium est circa illa uerba in corpore articuli. Finis proprie est obiectū interioris actus uoluntarij. Videtur n. hoc esse falsum. Nā obiectum electionis manifestē est id, qd est ad finē: immo in hoc distinguit a uolitione & intentione, ut superius patet, & in 3. l. th. Et eadem difficultas est de cōsensu & usu, de quibus dictum est, quod sunt respectu eius, quod est ad finem.

¶ Ad hoc dicitur, qd obiectū formale omnis actus uoluntatis est finis, eo quod a eis ē ratio boni quae sunt ad finem. unde author ad insinuadā hanc formalitatem, obiecti, appositus ly proprie, dicens, Finis autem proprie: & hoc in sequentibus pra oculis habendum est.

¶ In responsione, ad secundum eiusdem articuli congrega diligenter uerba litera, ut euadas difficultates. Non n. dicitur in litera, qd soli actui exteriori accidit ordinari in talem finem: hoc enim esset falsum. Potest namque etiam interiori uoluntatis actui accedere ordo in talem finē, ut patet in odiente Deum propter cōsequendum regnū, uel aliquid huiusmodi: sed dicitur in litera quod talis ordo non accidit interiori actui uoluntatis qd parat ad exteriorē, ut formale ad materiale: ita qd nō omni actui interiori deneget hanc accidentem litatem:

q. 7. artic. 3.
parte 4. q. 1. artic.
Mal. ad 5. & u. cor.
par. 4. inter mediu & u. ncu.
arti. 3. huius quast.
q. 1. ar. 3.
q. 1. ar. 1.